

A

249
—
—
VIII.

Theses de ministerio ecclesiastico.

Debrecen 1589. Szabó II. 204.

Kolozsvári volt ref. koll. RMK 336a.

DE MINISTERIO ECCLESIASTICO IN ECCLESIA, EXERCITII CAUSA PRO
posita in generali Synodo Varadini celebranda, de quibus responsuri sunt ordinandi Anno D. 1589. 8. Iunii.

Ministerium Ecclesiasticum est ordinatio diuina, qua per vo-
cas legitime personas vult publicè annuntiari verbum suum,
genempe & Euangelium, remitti vel ligari peccata homi-
um, & administrari Sacramenta Baptismum & Cœnam Do-
mini iuxta institutionem Christi.

Synonyma sunt ministerium Euangelii, clauis regni cœlorum,
potestas Ecclesiastica, officium seu functio & gubernatio Eccle-
siæ &c. Matth: 16. & Esa: 22. Apoc: 3.

Partes huius ministerii præcipuæ ac integrales duæ sunt.
I. Interioris corporis doctrinæ, legis nempe & Euangelii, clara,
speciosa & publica prædicatio cum omnibus suis partibus, &c.
II. Sacramentorum publica & perspicua administratio iuxta
institutionem Christi, Matth: 28. Marc: 16.

Scopus ac finis omnium ministeriorum Ecclesiasticorum præ-
cipuus est, vt doctrinæ cœlestis præsidio & Sacramentorum ad-
iudicio perducantur homines ad veri Dei cognitionem, cultum
legitimum, & per fidei vnitatem ad viam salutis & vitam
æternam per mediatorem Iesum Christum.

Vocatio ministrorum Ecclesiasticorum duplex esse traditur:
I. Quæ fit immediatè à Deo, quam aliàs extraordinariam
dicimus, qualis vocatio fuit Prophetarum & Apostolorum ad
predicandum & docendum, quos Deus certis & mirandis te-
stibus & signis confirmauit. II. Mediata seu ordinaria, quæ
fit à Deo sed per homines certos, vt Aaronis, Leuita-
rum, Timothei, Titi, &c.

Ordinariam vocationem qualis hæc nostra est, requiruntur
quatuor. Primò vt personæ in ministerium
vocandæ primò vocentur vel per præcipuos Ecclesiarum
Pastores, vel per Magistratus, vel ciues oppidorum & pagorum:
de vt tales personæ sistantur in cœtum piorum ministrorum,
de vt facta prius exploratione tam doctrinæ quam morum,
de vt consentiant cum præmissa oratione & adhibita manu-
positione in ministerium emittantur, sicut Apostoli quo-
dammodo fecerunt. Atq; ita omnibus temporibus alii
in ministerio sufficiuntur. De quibus loquuntur testimo-
nia. Act: 5. v. 4. 2. Timo: 2. v. 2. Tit: 1. v. 5. Act: 14. v. 23.

Secundò requiritur non ordinaria aliqua Pontificum successio-
nem contendunt, sed doctrinæ cœlestis puritas & ve-
ritas. Deus per Prophetas & Apostolos literis mandari
prædicandam præcepit, quam quia Dei beneficio nos
habere bona cum conscientia profiteremur & docemus meritò
possumus nos legitimam vocationem habere. Ex verbi
pura prædicatione debet perpetuò æstimari legitima
vocationis vocatio.

Tertio, profectus verbi diuini per nos prædicati, per quod au-
tem ad veri Dei cognitionem & cultum eius legitimum per-
ducatur, salutis viam cognoscunt, in Iesum Christum credunt,
de vt remissionem peccatorum & Spiritum Sanctum acci-
piant deinde fiunt de salute & vita æterna, habentes perpe-
tuam conscientiam pacem, &c.

Quarto, vera & legitima administratio Sacramentorum à fi-
delibus & legitime ordinatis personis.

laborem, & bonam conscientiam afferre & efficere pos-
sunt in saluandis hominibus, vt dicitur, Luc: 17. v. 10. 2.
Corinth: 4. v. 7. 1. Cor: 3. v. 7. Tamè quia in iustifican-
dis hominibus eorum opera vitur Deus, ideo eos insigni-
bus nominibus & honoribus ornat Deus, vt 1. Cor: 3. v. 5.
& 9. vocantur cooperarii Dei, per quos Deo homines cre-
dunt. 1. Corint: 4. v. 1. & 15. vocantur ministri Chri-
sti & dispensatores mysteriorum Dei.

XIII. Vera Ecclesia visibilis est cœtus seu congregatio omnium
amplectentium incorruptam Euangelii doctrinam, & re-
ctè vtentium Sacramentis, in qua congregatione filius Dei
efficax est voce Euangelii, & Spiritu suo sancto multos re-
generat ad vitam æternam, in quo cœtu multi simul sunt
non sancti, sed tamen in doctrina consentientes.

XIII. Partes huius Ecclesiæ sunt dispersæ per totum terrarum
orbem, quòd attinet ad locorum & corporum separatio-
nem, seu diuersam locorum habitationem ac situm, sed
tamen coniunctæ sunt Spiritu, fidei vnitatem & charitate,
quam efficit vnus ille & idem Spiritus.

XV. Hinc nascitur illa diuisio: quòd Ecclesia alia sit catho-
lica, alia particularis. Catholica seu vniuersalis est, quæ signi-
ficat omnium fidelium cœtum nulli loco alligatum, neque
externa congregatione corporumq; præsentia copulatum,
sed vnitatem dicitur fidei & Spiritus sub quo vis terrarum
orbe situm, de qua in Symbolo dicitur, Credo Ecclesiam
sanctam catholicam. Illius pars quæ aliàs triumphans di-
citur in cœlis est, pars verò quæ militans dicitur adhuc in
terris est. Particularis verò est, cœtus vno in loco quo-
uis siue regno, siue vrbe, siue domo & familia cõgregatus,
vt Ecclesia Asiatica, Corinthiaca & domestica, Rom: 16.
& 1. Corin: 16. De Ecclesia triumphante nihil hic dicimus.
Reliquas verò diuisiones Ecclesiæ consulo hoc loco in-
termittimus, quas tamen subintelligi volumus.

XVI. Hæc varietas non efficit multas Ecclesias, sed vna tan-
tum est & manet Ecclesia Christi, vnus fidei, Spiritus, &
charitatis vinculo copulata & congregata, & deinceps ad
finem mundi congreganda vt dicitur ad Ephes: 4. v. 4.
Canti: 6. Vna est columba mea. Cuius etiam vnicum est
caput, quod est Iesus Christus, ad Ephes: 1. v. 22. & 4. v.
15. & 5. v. 23. 1. Corin: 3. v. 11. ad Colos: 1. v. 18. Papa
ergò nec est vicarius Christi, nec caput Ecclesiæ.

XVII. Notæ seu signa veræ Ecclesiæ etsi possunt reddi plures,
præcipuè tamè sunt istæ I. Est ipsa doctrina pura seu an-
nuntiatio verbi Dei & cõsentus in doctrinæ puritate, præ-
sertim quod attinet ad fundamentum. II. Legitimus vltus
Sacramentorum, III. Est debita obedientia erga ministe-
rium Euangelii in his rebus quæ ad ministerium pertinent.

XVIII. Pontificii verò alia plausibilia quædam signa Ecclesiæ
falsò obtendunt, videlicet ordinariam Episcoporum suc-
cessionem, obedientiam in traditionibus humanis, pote-
statem interpretandi scripturas, ferendi leges, instituendi

I. Ministerium Ecclesiasticum est ordinatio diuina, qua per vo-
 catas legitime personas vult publice annuntiarum verbum suum,
 legem nempe & Euangelium, remitti vel ligari peccata homi-
 num, & administrari Sacramenta Baptisimum & Cœnam Do-
 mini iuxta institutionem Christi.

II. Synonyma sunt ministerium Euangelii, clauis regni cœlorum,
 potestas Ecclesiastica, officium seu functio & gubernatio Eccle-
 siastica &c. Math: 16. & Esa: 22. Apoc: 3.

III. Partes huius ministerii præcipue ac integrales duæ sunt.
 I. Est totius corporis doctrinæ, legis nempe & Euangelii, clara,
 perspicua & publica prædicatio cum omnibus suis partibus, &c.
 II. Est Sacramentorum publica & perspicua administratio iuxta
 institutionem Christi, Matth: 28. Marc: 16.

III. Scopus ac finis omnium ministeriorum Ecclesiasticorum præ-
 cipuus est, vt doctrinæ cœlestis præsidio & Sacramentorum ad-
 miniculo perducantur homines ad veri Dei cognitionem, cultum
 eius legitimum, & per fidei vnitatem ad viam salutis & vitam
 æternam per mediatorem Iesum Christum.

V. Vocatio ministrorum Ecclesiasticorum duplex esse traditur:
 I. Est quæ fit immediatè à Deo, quam alias extraordinariam
 vocamus, qualis vocatio fuit Prophetarum & Apostolorum ad
 Prophetandum & docendum, quos Deus certis & mirandis tes-
 timoniis & signis confirmauit. II. Mediata seu ordinaria, quæ
 fit quidem à Deo sed per homines certos, vt Aaronis, Leuita-
 rum, Timothei, Titi, &c.

VI. Ad ordinariam vocationem qualis hæc nostra est, requirun-
 tur potissimum hæc quatuor. Primò vt personæ in ministerium
 collocandæ primò vocentur vel per præcipuos Ecclesiarum
 Seniores, vel per Magistratus, vel ciues oppidorum & pagorum:
 Deinde vt tales personæ sistantur in cœtum piorum ministrorum,
 per quos facta prius exploratione tam doctrinæ quam morum,
 si idonei censentur cum præmissa oratione & adhibita manu-
 um impositione in ministerium emittantur, sicut Apostoli quo-
 que Act: 6. & 14. fecerunt. Atq; ita omnibus temporibus alii
 aliis in ministerio sufficiuntur. De quibus loquuntur testimo-
 nia, Hebr: 5. v. 4. 2. Timo: 2. v. 2. Tit: 1. v. 5. Act: 14. v. 23.

II. Secundò requiritur non ordinaria aliqua Pontificum successio
 vt Papistæ contendunt, sed doctrinæ cœlestis puritas & ve-
 ritas, quam Deus per Prophetas & Apostolos literis mandari
 iussit & prædicandam præcepit, quam quia Dei beneficio nos
 purè & bona cum conscientia prehemur & docemus meritò
 gloriari possumus nos legitimam vocationem habere. Ex verbi
 Dei enim pura prædicatione debet perpetuò æstimari legitima
 ministrorum vocatio.

III. Tertio, profectus verbi diuini per nos prædicati, per quod au-
 ditores ad veri Dei cognitionem & cultum eius legitimum per-
 ducuntur, salutis viam cognoscunt, in Iesum Christum credunt,
 credentes remissionem peccatorum & Spiritum Sanctum acci-
 piunt, certi deinde fiunt de salute & vita æterna, habentes perpe-
 tuam conscientie pacem, &c.

IX. Quarto, vera & legitima administratio Sacramentorum à fi-
 do Dei institutorum, Baptismi nempe & cœnæ Domini, quibus
 nec adimimus nec addimus quippiam, nec ea corrupimus, sed
 eo modo & in eum finem retinemus & administramus, in
 quæ Christus ea ordinauit, nempe in testimonium gratiæ Dei &
 confirmationem remissionis peccatorum per Christum delectorum.

X. Maxima est præterea huius ministerii potestas & dignitas: Nā
 ministri vicem & officium Dei gerunt, domus Dei œconomiam
 sustinent, Ecclesiam Dei sanguine Christi acquisitam verbo Euā-
 gelii pascunt, credentes ad Deū adducunt, & per ministerium
 soluant & ligant, remittunt & retinent peccata, &c.

XI. Hæc facultas à Deo nō tantū vni aut alteri, sed omnibus piis
 ministris collata est ex æquò, vt dicitur Mat: 18. v. 18. Iob: 20. v. 22.
 Esti autem ministri Ecclesiarum à se & per se in tantum
 gūsto ministerio nihil præter diligentiam & fidelissimam

laborem, & bonam conscientiam afferre & efficere pos-
 sunt in saluandis hominibus, vt dicitur, Luc: 17. v. 10, 2.
 Corinth: 4. v. 7. 1. Cor: 3. v. 7. Tamē quia in iustifican-
 dis hominibus eorum opera vtitur Deus, ideo eos insigni-
 bus nominibus & honoribus ornat Deus, vt 1. Cor: 3. v. 5.
 & 9. vocantur cooperarii Dei, per quos Deo homines cre-
 dunt. 1. Corint: 4. v. 1. & 15. vocantur ministri Chri-
 sti & dispensatores mysteriorum Dei.

XIII. Vera Ecclesia visibilis est cœtus seu congregatio omnium
 amplectentium incorruptam Euangelii doctrinam, & re-
 cte vrentium Sacramentis, in qua congregatione filius Dei
 efficax est voce Euangelii, & Spiritu suo sancto multos re-
 generat ad vitam æternam, in quo cœtu multi simul sunt
 non sancti, sed tamen in doctrina consentientes.

XIII. Partes huius Ecclesiæ sunt dispersæ per totum terrarum
 orbem, quòd attinet ad locorum & corporum separatio-
 nem, seu diuersam locorum habitationem ac situm, sed
 tamen coniunctæ sunt Spiritu, fidei vnitatem & charitate,
 quam efficit vnus ille & idem Spiritus.

XV. Hinc nascitur illa diuisio: quòd Ecclesia alia sit catho-
 lica, alia particularis, seu vniuersalis est, quæ signi-
 ficat omnium fidelium cœtum nulli loco alligatum, neque
 externa congregatione corporumq; præsentia copulatum,
 sed vnitatem duntaxat fidei & Spiritus sub quo vis terrarum
 orbis situm, de qua in Symbolo dicitur, Credo Ecclesiam
 sanctam catholicam. Illius pars quæ alias triumphans di-
 citur in cœlis est, pars verò quæ militans dicitur adhuc in
 terris est. Particularis verò est, cœtus vno in loco quo-
 uis siue regno, siue vrbe, siue domo & familia cōgregatus,
 vt Ecclesia Asiatica, Corinthiaca & domestica, Rom: 16.
 & 1. Corin: 16. De Ecclesia triumphante nihil hic dicimus.
 Reliquas verò diuisiones Ecclesiæ consulto hoc loco in-
 termittimus, quas tamen sub intelligi volumus.

XVI. Hæc varietas non efficit multas Ecclesias, sed vna tan-
 tum est & manet Ecclesia Christi, vnus fidei, Spiritus, &
 charitatis vinculo copulata & congregata, & deinceps ad
 finem mundi congreganda vt dicitur ad Ephes: 4. v. 4.
 Canti: 6. Vna est columba mea. Cuius etiam vnicum est
 caput, quod est Iesus Christus, ad Ephes: 1. v. 22. & 4. v.
 15. & 5. v. 23. 1. Corin: 3. v. 11. ad Colos: 1. v. 18. Papa
 ergò nec est vicarius Christi, nec caput Ecclesiæ.

XVII. Notæ seu signa veræ Ecclesiæ etiam possunt reddi plures,
 præcipue tamē sunt istæ I. Est ipsa doctrina pura seu an-
 nuntiatio verbi Dei & cōsentus in doctrinæ puritate, præ-
 fertim quod attinet ad fundamentum. II. Legitimus vltus
 Sacramentorum, III. Est debita obedientia erga ministe-
 rium Euangelii in his rebus quæ ad ministerium pertinent.

XVIII. Pontificii verò alia plausibilia quædam signa Ecclesiæ
 falsò obtendunt, videlicet ordinariam Episcoporum suc-
 cessionem, obedientiam in traditionibus humanis, pote-
 statem interpretandi scripturas, ferendi leges, instituendi
 novos cultus &c. quibus omnibus errores tantum cumu-
 lantur & stabiliuntur in Ecclesia.

XIX. Quòd verò à notis veræ Ecclesiæ remoueat hæc Pon-
 tificiorum prærogatiua, ordinaria item successio & certi
 tituli, & sola doctrina Euangelii cum veris sacramentis
 obtineat hanc laudem, ostendunt hæc testimonia. Esa: 8.
 ad legem & ad testimonium &c. 1. Corint: 3. Fundamē-
 tum aliud ponere nemo potest &c. Ad Gala: 1. Si quis a-
 liud Euangelium prædicauerit &c. Neque habent vllam
 potestatem interpretandi scripturas iuxta dignitatem aut
 titulum personæ, sed iuxta auctoritatem & normam ver-
 bi diuini in Prophetis & Apostolicis scriptis traditi &
 Symboli Apostolici.

Szabó II. 204.

V É G E.